


Occasionalia VI-179.
potissimum carmina
vol. Fase. 19. ~~19.~~

Centuria quatuordecim.

Unq



ACCLAMATIONES VOTIVÆ,

QVIBUS

TIT:

DOMINUM

DAVIDEM

Suches

VRATISLAVIA - SILESIUM,

CUM

IN ALMA PHILTREA

LAUREA MAGISTERIALI

d. 25. Jan. M. DC. XCIV.

ORNARETUR,

PROSEQUEBANTUR

FAUTORES ET AMICI

LIPSIÆ,

Typis JOH. CHRISTOPH. BRANDENBURGERI.



EXpetis, ut Versus scribam, Clarissime Buches,
Et de præsentis grater honore Tibi,
Ast non Pegaseo tinctum de fonte labellum,
Quin & Musa, sacris quæ meditatur aquis,
Obstat, Ne prorsus vero tacuisse viderer,
Addam prædoctis: (pectoris ima fero:)
Vive Tuis, Patriæ, Tua vota & fata secundet
Alma TRIAS, melius quid tibi, Amice, precer?

Scrib. Reichenbach. d. 4. Jan. 1694.

Christianus Klaubartus,
Diac. ibid.

LAurea quæso TIBI purè, per amande Magister,
Sit prægrandè decus, commoda mille ferens,
Sitque valetudo bona, pax, longævaque Vita,
Et Tua succrescat GLORIA, FAMA, Salus!
Fauzæ Gratulationis causa suo Amico
observanter colendo d. 25. Jan.
Ao. O. R. 1694. accinebat

M. Johannes Zimmermannus,
t. t. P. Waldkirchenf.

IN trepidis ur Marte Viris aptantur honores,
Præmia Virtutis quos meruere suæ:
Sic honor hic prostat gnavis in Palladis antro,
Quæ quasi cum Musis conseruere manus;
Quem dum captabis, ceu par est, accino Votis,
Finem pro lubitu, quem cupis esse, ferat.

Sic animitus vovet

Burchardus Zauff / SS. Theol.
Stud. Wildenf. Misn.

Cus

Cur toties Philyras tendis? quæ Causa, Lyceum
Quod repetis? reputo non nisi dicta mihi.

Annon cum reditu referes insigne Magistri?

Et bona jam quondam parta labore Tuo?

Hinc abire, Tibi, quæso, de sorte tenenda

Voto, ceu fas est, jam patiare precer.

Plus sumtas Palmas posthinc Tibi Numen honestet;

Nec te conatus poenituisse queat.

Sic Faustæ acclamationis ergo vovebat

Christianus Meier/SS. Theol. Stud.

Quod ferimus, metimus, vetus hæc & publica Vox est,

Si sero lina, meto, far sero, farra meto.

Spicea dona seris, metis & sic spicea dona,

Hanc servat constans annua terra fidem.

Sicce studens studium, curas ferit atque labores:

Hinc summo fructu laurea serata metit.

Exemplo res ipsa Tuo loquitur, venerande

A Musis quando præmia digna metis.

Comprecor & grator: quæ dent Tibi commoda cuncta;

Atque pares Matri gaudia plura Tuæ!

Amoris & amicitiz causa scripsit

Daniel Christoph Zimmermann/

Nerzschkavia Variscus SS. Theol. Studios.

UT qui luctatus in ævo

Per tot certamina miles

Merito quæ præmia tanto

Capit unquam digna labore:

Ita qui studiis sua semper

Consumsit tempora, tandem

Meruit merito studiose,

Quæ portat jure brabea;

Hinc pro virtute decora

Tua, nunc multoque labore

Mi BUCHES, præmia justa

Veniunt Tibi tempore justo.

Animo nunc gratulor imo:

Fausto nova gloria Cursu

Succedat, commoda mille

Multisque ferens aliquando,

Nam semper gloria vivit,

Observantiz & amicitiz ergo scribebat

Guilielmus Klaubartus,

Philos. Studios.

Sic meritos dudum Phœbus largitur honores,
Ac confert tandem præmia justa Tibi!
Sic Titulos ac ferta dabit: Queis cingere doctas
Ipsa Thalia Comas officiosa parat.

Scilicet exornat præstanti munere semper
Virtus cultores deveneranda suos.

Sit felix honor ergo novus! multisque subinde
Augmentis doctum tollat ad astra Caput!

Paucis hisce Commilitoni suo dilectissimo accinebat

S. H. Hinz, Stada-Bremensis,

SS. Theolog. Studios.

LUCOREIS Musis nutritus BUCHSIUS olim
LIPSIACIS fertis cinctus honore modo!
Sistitur egregiis Patriæ Virtutibus ipse,
Corporis & mentis plurima dona gerens.

Hinc sibi gaudebit Musarum candida Mater
BRESLA pium, doctum quem PHILYREA dedit.
Cinge caput Lauro, tali qui dignus haberis,
Illustrem studiis, quem PHILYREA probat.

*Properanti calamo abiturienti Wittebergâ
in Patriam amico suo dexterrimo scrib:*

Christianus Ortelius.

OMINE felici novus hic, qui volvitur Annus,
Condecorat donatque novo, CLARISSIME BUCHSI,
Te Titulo, veteri qui longe major, Honoris.
Nam sic prævideo quasi; quanta sequentibus Annis
Præmia sit Virtus TIBI collatura laboris,
Quem facris studiis summa cum laude dedisti:
Hinc precor: ut porro faveat TIBI Gratia Cœli,
Teque brevi sistat Templo Venerabile lumen.

*Ita novos Honores Magistrales Fautori
& amico suo gratulatur*

Georgius Samuel Klefelius,


SS. Theolog. Studios.

L Aurea ferta parent alii, nos prata legemus
Structuri pedibus florida strata tuis,
Est iter augustum famæ quo pergis ad ædes
Æthereas, celsum est grandis honoris iter.
Hac gradiere Via juvenum doctissime porro,
Quamque tibi stravit Lipsia, Bresla teret.

*Hac pauca de summis in Philosophia honoribus
Fautori & Amico præstantissimo gratulaturus
pra propere apponebat.*

J. F. Lemberg.





ULB Halle 3
004 527 771


f

TA → OL


Nur M, 27, 28 verknüpft

VD 18

VD 18
VD 17







ACCLAMATIONES VOTIVÆ,

QVIBUS

TIT:

DOMINUM
DAVIDEM

Suches

VRATISLAVIA · SILESIIUM,

CUM

IN ALMA PHILTREA

LAUREA MAGISTERIALI

d. 25. Jan. M. DC. XCIV.


ORNARETUR,

PROSEQUEBANTUR


FAutores ET AMICI

LIPSIÆ,

Typis JOH. CHRISTOPH. BRANDENBURGERI.



ala Pallas amandi
bus ille suis;
de ludit amantem,
as amata fuit,
nstat amoris
are suum.
et amantem
fuum



überlässt seinem werthen Freunde zu Ehren
P. W.

